



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis Detractionibus

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XVII. Rossanen hæreditatis. An dicatur dispositio ad pias causas ubi contineat opus pium, pro cujus implemento, pingue emolumentum temporale adimplentibus assignatum sit; Et quando testamentum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

11 tur, quod Religionis præsentio probabilis esset, non quidem ex solo motivo donationis inter vivos desumptæ ex schedula Melitam transmissa, cum quo, ut supra Rota inherendo deductis ex parte ejusdem Religionis, processit in dicta decis. 173. part. 12. recent. quoniam in effectu illa schedula non continebat puram, ac simplicem donationem gratuitam, in qua intraret Ecclesiæ, vel piæ causæ privilegium in eadem decisione deductum, ac pluries in sua materia sub tit. de donat. ut etiam facta absenti valeat, quia fieri dicitur Deo, qui est ubique præsens, atque nostra bona opera acceptat, dum dicta schedula continebat solum indicationem voluntatis donandi, ad certum tamen effectum erectionis Commendæ sub diversis legibus exorbitantibus à consuetudine aliarum Commendarum, adeo ut incertum esset, an Religio acceptare deberet, necne, & ex quo eventu penderet determinatio oblitoris, idèdque conclusiones in eadem decisione deductæ in suis casibus veræ, ad hanc facti speciem non bene applicari videbantur.

12 Probabilius verò pro meo sensu erat in hac instantia ex parte Religionis assumptum in vim dicti ultimi actus ultimæ voluntatis gesti in mortis articulo, qui perfectionem redolere videbatur, illum uniendo cum dicto antecedenti inter vivos, ex quo donatio desumpta fuit, quod scilicet non verfaremur in casu, in quo testatore de novo, atque ex integro disponente, incertum esset, an quando dispositiones facturus esset præcedentium correctivas, vel moderativas, dum voluntas adhuc erat in via; Siquidem schedula Melitam transmissa, continebat integram, ac perfectam dispositionem de universali hereditate; Ideoque ubi testator se agnoscendo morti proximum, consimilem schedulam in forma testandi tradi fecit Notario, quò legente, ipse coram testibus ad id vocatis approbavit, ita resultavit ratificatio, seu confirmatio dictæ prioris voluntatis, quod scilicet, id quod in animo habebat facere ex conventionione inter vivos, stante actus imperfectione per illam viam, voluit, ut perfectionem, ac effectum sortiretur per ultimam voluntatem; Non urgente dicta contraria præsumptione, quod testator alia in animo habere potuerit, quoniam ex dictis facti circumstantiis constabat, quod dum loqui non poterat, atque in extremis laborabat, aliud facere noluerit, nisi dictam præparatam, seu ordinatam voluntatem perficere; Ideòdque interrogatio Notarii super heredis institutione, ut potè prodita ex ejus credulitate, quod præcisè necessaria esset ad testamenti validitatem, ac perfectionem, præjudicare apta non esset perfectioni voluntatis ipsius testatoris juxta distinctionem, de qua supra dicto disc. 13. Atque hinc firmum remanet, quod istæ sint quæstiones, facti potius, quàm juris, uniformem regulam generalem non recipientes, sed pro singulorum casuum circumstantiis decidendæ.

ROSSANEN.

HÆREDITATIS

PRO

ORATORIO SANCTI JOANNIS,
ET JO. DE MARTINO

CUM

SIGISMINA CERINTENEA.

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro Oratorio & Joanne.

Andicatur dispositio ad pias causas, u-

bi contineat opus pium, pro cuius implemento, pingue emolumentum temporale adimplentibus assignatum sit, Et quando testamentum minùs solemne pium, suffragetur aliis prophanis dispositionibus.

SUMMARIUM.

- 1 **F**Acti series.
- 2 De distinctione inter Ecclesias, & bona ecclesiastica, & loca pia.
- 3 An emolumentum missarum excessivum, in excessu dicatur quid prophanum.
- 4 Declaratur cum distinctione.
- 5 Quando mixtura causa pia salvet testamentum etiam in prophanis.
- 6 De dispositione cap. cum esset.
- 7 An habeat locum in Regno Neapolitano remissivè.

D I S C. XVII.

CUM Fabritius hæredes instituisset filios nascituros ex Dominico nepote, quem in solo usufructu instituit, dictoque Dominico moriente sine filiis, mandasset ex ejus hereditate erigi Oratorium, cum duabus cappellaniis, quibus onus missarum, cum satis pingui emolumento pro qualibet missa injunctum fuit, relicto earum jure patronatus, ac præsentandi Joanni agnato, dictique Dominici mors in pupillari ætate sequuta esset, Hinc inter Oratorium, & Joannem ex una, & Sigisminam Dominici matrem, ac intestatam heredem, duæ ortæ sunt controversiæ; Primò super caducatione cujusdam substitutionis, & de hoc habetur sub tit. de fideicommissis disc. 121. Et secundo super testamenti invaliditate, eo quod quatuor ex septem testibus essent impuberes, introductaque causa coram A. C. pro Oratorio, & Jo. judicatum fuit super testamenti validitate.

Scribens autem pro Oratorio, & Joanne, dicebam, quod ubi etiam dicta præsupposita impubertas, (ex hac parte in facto negata) subsisteret, adhuc tamen id nil intestate succedetrici prædesset, quoniam ubi etiam dicti quatuor testes impuberes, quinimò & alii demendi essent, adhuc supererat probatio naturalis, quæ sufficiebat, dum agebatur de dispositione ad pias causas ad text. in cap. relatum de testam.

Scribentes in contrarium id non negabant, sed dicebant id subsistere in concernentibus commodum Oratorii, atque ratam congruam pro celebratione missarum, secùs autem quoad concernentia jus patronatus, ac præsentandi, aliaque commoda relicta Joanni agnato, ejusque successoribus, necnon illud majus commodum, quod possessores cappellaniarum assequuturi essent ad rationem scutorum octo pro qualibet missa, quoniam detracta ea rata, quæ ex usu regionis congrua est pro mercede Sacerdotis missam celebrantis, cætera omnia essent merè temporalia, quibus tale privilegiù non cõpetit.

Ista replicatio pariter non relevabat dictam ream conventam, quoniam cum Oratorium vocatum esset ad universam hereditatem titulo universali institutionis, hinc proindè, ubi etiam reliqua disposita favore privatorum, & ad causas prophanas non subsisterent, adhuc totum, ex beneficio juris non

non decrefcendi, cedere deberet commo-
 do ipfius Oratorii, cum hæreditas univerfalif
 trahat ad fetotum id, quod ex legatis, aliifque particularibus dif-
 pofitionibus non fortitur effectum, ne detur mo-
 riens pro parte testatus & pro parte inteltatus, ideo-
 que cum commodum totum redundaret in caufam
 piam, replicatio nullius momenti remanebat.

Ceterum (cum fenfu etiam veritatis) dicebam,
 ut reliqua, ut fuprà difpofita ad favorem Joannis &
 aliorum quoque fubfifterent, quoniam ut adverti-
 tur *Sub rit. de Alienat. & Contract. difcurf. 1.* & in a-
 lliis, ibi allegatis; Aliud eft, bona acquiri Ecclefie,
 adedut fiant ecclefiaftica, & cadentia *Sub Extra-
 vag. Ambitiofa*, five cum regulis beneficialibus, ju-
 ribusque fpiritualibus regulanda; Aliud verò, ut o-
 pus dicatur pium, atque difpofitio ad pias caufas;
 Stant enim benè fimul, ut bona non fint ecclefiafti-
 cas neque beneficium ecclefiafticum, & tamen quod
 opus fit pium, ut ita diftinguendo habetur *dicto
 difc. 1. de Alienat.* Atque, ut habetur *difc. fequen.*
 non attenditur, an temporale emolumentum ex-
 cedat id, quod præfari folet ratione celebrationis
 mille, vel alterius operis fpiritualis, quoniam ejus
 inæftimabilis eft valor, adeo ut quidquid detur, nun-
 quam dici valeat excedens, quoniam fpectanda eft
 caufa, ob quam difpofitio ordinatur, non autem
 effectus inde resultans, ut ad litteram probat *text.
 in cap. requifitii de testam. ibi, quia hoc ille, qui do-
 nat pro redemptione anime fua, non pro commo-
 do Sacerdotis probatur offerre*; Et benè comprobatur ex
 deductis *dec. 150. part. 12. recent. num. 27.* edita in
 cafu, de quo infra *difc. 28.* fuper confimili mixtura
 accessoria jurifpatronatus favore gnatorum

Quod tamen, (reflectendo ad veritatem) proce-
 dere dicebam, nifi fufpicio probabilis urgeret, quod
 pietas effet color quæritus ad fraudandam legem, &
 colorandam falfitatem, quia nempe volens aliena
 bona captare, cum duobus testibus malè inductis,
 vel cum alia minus folemni probatione, in qua longè
 difficilior effet machinatio, aliquid leve opus mif-
 farum, vel alterius pii operis ftudiosè fibi adjiceret,
 ut ita detracto eo modico fumptu, qui ad illud pium
 opus explendum neceffarius eft, reliquum ad pro-
 prium prophanum commodum fibi appropriet;
 Ideoque id intelligendum eft fano modo, ac juxtà
 fingulorum cafuum particulares circumftantias.

In hac verò facti fpecie, ifta fufpicio cadere non
 videbatur; Tùm quia incertæ erant perfonæ, ad
 quorum commodum dictæ cappellaniæ cedere de-
 buerint; Tùm etiam quia actus erat folemniffimus,
 coram Notario, ac Judice, & feptem testibus; De-
 fectus autem proveniebat ex juris civilis fubtilitate,
 circa aliquorum testium impubertatem, quæ in-
 fpectis regulis generalibus probationis indifferentis,
 non præbet in testibus defectum omnimodum,
 quoties funt proximi pubertati, juxtà diftinctio-
 nem, de qua apud *Farin. de testibus quæft. 58.* cum
 aliis infra in *Romana testamenti de Monaldensibus
 difc. 26.*

Præterea in ea quæftione, an mixtura caufæ piæ
 fubftineat etiã difpofita ad caufas prophanas, quid-
 quid variant DD. ex congestis per *Riccium in add.
 ad Tiracquell. de privil. pia caufa cap. 80. & Rubenum
 de testam. ad pias caufas cap. 54. & fequen.* præfertim
cap. 59. Ea videtur vera diftinctio, quod aut agitur
 de prophano, feu temporali emolumento, quod
 accessoriè & confeçutivè pio operi admixtum fit,
 ut erat in præfenti cafu, & in altero, de quo *difcurf.
 feq.* & tunc verior fit affirmativa, nifi vehemens ur-
 gear fufpicio, quod opus pium fit affectatè politum
 tanquam color quæfitus, ut fuprà.

Aut agitur de difpofitionibus omninò feparatis,
 ac inter fe non connexis, quarum aliqua funt ad
 caufas pias, aliæ verò ad prophanas, & tunc; Aut
 pia difpofitio eft jure legati peculiaris, quod etiam
 ab inteltato fubftineri potest, adeo ut inefficacia a-
 liarum difpofitionum prophanarum cedat commo-
 do venientium ab inteltato, & tali cafu mixtura non
 fuffragetur; Aut eft jure institutionis univerfalif,
 unde prædictæ invaliditatis emolumentum effet i-
 pfius caufæ piæ, & fecus, idque ratione æquitatis &
 juftitiæ naturalif, quoniam ficuti Ecclefia & pia cau-
 fa, fpretis juris pofitivi folemnitatibus, ad fui favo-
 rem vult, ut attendatur æquitas feu veritas natura-
 lif, ita juftum, ac æquum, & rationale eft, ut id
 cum aliis fervet, neque præter difponentis volunta-
 tem bona retineat, ex iis quæ habentur id *fuprà difc.
 12. & difc. præced.* & alibi, Et hic erat cafus, dum pia
 caufa erat fcripta hæres univerfalif.

Dicebam verò hæc ad fuperabundantiam, &
 quatenus etiam fubfifteret, ut hæc voluntas in pro-
 phanis difpofitionibus effet ex jure pofitivo imper-
 fecta; Verùm id ceffabat dupliciter; Primò quia in
 actu intervenerant novem perfonæ, fcilicet, Nota-
 rius, Judex ad contractus, & feptem testes, unde
 quando etiam demendi effent quatuor testes impu-
 beres, adhuc fuperarent quinq; fufficientes ad lega-
 ta, vel fimplicem ultimam voluntatem, cujus jure
 actus ob claufulas falutares fubftineri poterat etiam
 infpecto rigore juris civilif.

Et fecundò, quia dicti quinque habiles, immò &
 quatuor, abundabant ad fubftinendum testamen-
 tum etiam ad caufas prophanas, juxtà difpofitio-
 nem *text. in cap. cum effes de testam.* præfertim quia
 dicti testes idonei, fuppleti erant à dictis aliis qua-
 tuor, qui faltem alios benè adminiculabantur, ex iis,
 quæ habentur *infra in Tudertina difc. 25.* & in aliis;
 Quia verò caufæ neceffitas non exigebat, hinc pro-
 inde, juxta laudabilem Curie ftylum, affumpta non
 fuit quæftio, an in Regno Neapolitano in prophanis
 admittenda fit hæc testandi forma, necnè & de quo
 agunt *Magalen. de num. testium part. 2. cap. 8. nu.
 20. cum feqq. Rubens de testam. cap. 33. num. 69.* a-
 pud quos concordantes.

COMEN. LEGATORVM

PRO

JO. BAPTISTA ET ALIIS

CUM

FRANCISCO DE TURRICELLIS.

*Cafus decifus per Rotam pro Io. Baptista & Consorti-
 bus.*

De eadem materia, an fcilicet difpo-
 fita ad pias caufas in minus folemni
 testamento, fuffragentur circa pro-
 phanum excessivum emolumen-
 tum, quod pio operi ad favorem
 conjunctorum assignatum eft; Et
 an folemnitates præfcriptæ in testa-

D 4

mento